



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Quæstio octaua. Vtrum ante cincuncisionem ad salutem paruulorum sufficeret sola fides interior parentum, an requireretur signum exterius.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

DUR. 1171  
DUR. 5

### Magistri Durandi de

non baptizatis, sicut non circuncisis, quod fit propter similem causam, ut sicut non baptizati prohibentur ab ingressu regni colorum, propter culpam originalem quam auferebat baptismus, sic incircuncisi propter eandem culpam quam auferebat circuncisio.

7 Sed contra hoc posset sic argui, quia similis commissatio fit in lege de obseruatione fabbari, Leu. 23. Anima quae quippiā operis fecerit, delebo eam de populo suo. & Exod. 22. de esu fermentari, & tamen ista non erant sacramenta auferentia culpam, sed solum erant quedam praecipra. Ex illo ergo verbo dicto de circuncisione nō potest concludi quod sit sacramentum necessitatis propter ablutionem culpae, sed solum quod sit preceptum necessitatis ad obseruandum. Et dicendum est ad hoc, quod immo, ut bene concludit prima ratio, quia preceptum non est, nisi his qui sunt capaces praecipi, sed illa comminatio fit non solum adultis, sed viuenteris etiam parvulis, qui non sunt capaces praecipi, alia autem de quibus arguitur sunt solum adultis, ergo non est comminatio praecipi, sed potius institutio sacramenti, quod concedendum est. & sic patet primum.

8 Q V A N T V M ad secundum sciendum est quod Magister videtur sentire in litera, quod circuncisio licet cuplam auferret, non tamen conferret gratiam, tamē in hoc non tenetur communiter propter duas rationes. Prima est, quia priuatiu appositorum necesse est alterum in esse subiecto, sed gratia & culpa se habent ut priuatius opposita: culpa enim est priuatius gratiae, ergo si per circuncisionem auferrebat culpa, necessarius erat gratia inesse. Secunda est ista: Circuncisus decedens si erat sine gratia, non ibat ad paradisum: quia erat sine gratia, per quia itur ad vitam aeternam, Rom. 6. Gratia Dei vita aeterna, nec in infernum, quia erat sine culpa: nec in purgatorio, quia non erat dignus pena sensus, que est in purgatorio, & secundum fidem non sunt plures habitationes animarum post mortem, ergo non est conueniens dicere quod circuncisio auferret culpam, & non conferret gratiam.

9 Hac autem ratione, quamvis sint ad veram conclusionem, non tamen probant cum sufficienter. Prima nō, quia culpa originalis vel actiu non est priuatius gratiae formaliter & directe, sed solū meritior, quia propter meritum culpe, vel potius demeritum Deus auferit gratiam, si peccans prius eam habebat: propter demeritum etiam Ad adam abfuit gratiam ab omnibus de surpe eius descenditibus per viam naturalis generationis quam gratiam Deus omnibus infudisset, si Adam nō peccasset. Sed ipsa culpa originalis vel actiu nō est formaliter priuatius gratiae, quia ut predicta ratio affluit, necesse est alterum priuatiu oppositorum inesse subiecto apto nato, sed Deus posset facere quod aliquis esset sine culpa originali & actuali & sine gratia, sicut si aliquis miraculo se formaretur de limo terra (vt Adam) talis enim nō haberet culpam originalem, nec actualē, nec esset necesse quod Deus daret ei gratia, quod etiam aliqui estimauerunt de Adam in sua creatione, ergo gratia & culpa originalis, vel actua lis non opponuntur priuatiu, vt necesse sit alterum sem per inesse anima.

10 Alia etiam ratio minus valeret, quia si Deus ordinasset quod homines nafercerent sine culpa, & sine gratia, & in tali statu aliqui parvuli morerentur: ordinaret etiam de manifone quam habuissent, sed quia nō ordinavit primum, ideo nō ordinavit secundum, non quin vtrunque sit possibile, sed quia de facto non placuit Deo.

11 Et ideo aliter potest probari praedicta conclusio duplicitate. Primo scilicet quia culpam remitti est eam non imputari ad penam, sed quandiu gratia non redditur adhuc culpa imputatur ad penam, quia carentia gratiae est pena communis peccato originali & actuali mortali: propter vtrunque enim Deus priuat hominem gratia, si eam prius habuit, vel habere debuit, sicut est de pueris qui habuerint, & habere debuerint gratiam, quantum fuit ex prima institutione hominis, ergo culpa originalis vel actualis mortalis non est dimissa, quādīn homo caret gratia: igitur si circuncisio auferret culpam, sequitur quod conferrebat gratiam.

12 Et si aliquis diceret quod priuatio iustitiae originis est pena peccati originalis, sicut priuatio gratiae, & ta-

### Sancto Porciano

men dimisso peccato originali non restituitur originalis iustitia, quare (vt videtur) non oportet quod restituatur gratia, ideo est addenda secunda ratio quae soluit hā obsecrationem, & nihilominus probat principalem conclusio nem, & eft talis. Sacramenta qua auferunt culpam ponunt vel reponunt hominem in statu salutis (alioquin essent imperfecta, sunt enim medicamenta salutis) non reponunt tamen in statu dignitatis pristine, sicut virgo per fornicationem corrupta reparatur per penitentiam ad gratiam fututi necessariam, sed non ad virginitatem. Quum igitur iustitia originalis pertinet ad quandam dignitatem superadditam naturae, gratia autē semper fit necessaria ad salutem: idcirco circuncisio qua auferebat culpam conferbat gratiam, sed non reparabat originalem iustitiam.

13 A ratione in oppositum dicendum ad primam, quod sacramenta non solum efficiunt id quod figurant, sed omne illud quod infallibiliter concomitant effectum figuratum: ablationem autem culpe infallibiliter concomitant collatio gratiae.

14 Ad secundum dicendum quod per circuncisitionem in adulto auferrebat culpa non solum originalis, sed etiam actualis mortalis, nisi circuncisus poneret obitem gratia, quod autem hoc non legatur pro tanto ei, quia circuncisio nō ordinabatur principaliter ad remissionem actualis, sed originalis.

### V A E S T I O O C T A V A.

Vtrum sola fides parentium sufficeret parvulis ad salutem sine signo exteriori.

D Einde queritur de remedio parvolorum ante circuncisitionem eorum. Vtrum sufficeret ad salutem eorum sola fides interior parentum, vel requireretur aliquod signum exteriori. Et videtur quod sufficeret sola fides interior sine exteriori signo. Primo sic per autoritatem Gregorii. 4.lib. moral. 8. habetur de conf. distin. 4. cap. quod apud, dicit sic. Quod apud nos valet aqua baptisimi, hoc egit apud veteres pro parvulis sola fides.

2 Item si requireretur aliquod signum exteriori, requireretur propter sacramentum, aut propter praecipuum, sed neutrō modo requirebatur, cum non essent infinita aliqua sacramenta, nec de exterioribus actibus aliqua praecipita data, quare &c.

3 IN contrarium arguitur, quia fides non fuit tunc efficacior quam nunc. Sed nunc non sufficit ad iustitiam parvuli fides interior sine signo exteriori, ergo nec tunc.

4 R E S P O N S I O. Dicenda sunt quatuor per ordinem. Primum est quod post lapsum hominis in peccatum fides mediatoris fuit necessaria ad iustificationem. Secundum est quod ad iustificationem parvuli non fuit necessaria fides propria, sed sufficiebat fides aliena. Tertium est quod non sufficiebat fides aliena ut erat per se, sed ut erat ecclesia. Quartum est quod non sufficiebat fides interior sine signo exteriori.

5 P R I M U M patet, quia nullus potest iustificari nisi per vniōem ad Christum, qui est principialis causa nostra iustificationis. Sed prima vniō ad Christum est per fidem sine qua nulla alia esse potest, ergo fides Christi sue mediatoris semper fuit necessaria ad salutem. Peridem patet quod requirebatur fides secundum actum & nō solum secundum habitum, quia actualis vniō ad Christum non potest esse secundum habitum, sed secundum actum. Cum ergo actualis iustificatio sit per actualē vniōem, non sufficiebat ad iustificationem fides secundum habitum, sed requirebatur secundum actum. Idem patet, quia fides operabatur ad iustificationem per modum meritū ut patebit in tertio membro. sed meritū consistit in actu, non autem in habitu, ergo &c.

6 Secundum patet, quia vitium contractum per alium, debet habere remedium per alium. Sed peccatum originale fuit vitium contractum per alium, ergo debuit habere remedium per alium. Cum igitur fides operatur ad eius emundationem (vt dictum est) patet quod non requirebatur fides propria, sed sufficiebat aliena.

7 Tertium

Lib. IIII. Distinctio. I.

<sup>7</sup> Tertium patet, quia actus vnius non poterit valere alia ad iustificationem nisi per modum meriti vel per modum suffragii quod idem est, vel per modum sacramenti. Sed fides aliena non poterat alteri valere per modum sacramenti, quia nondum erat iustituta aliqua sacramenta, quia licet etiam potestim prout est virtus, vel actus virtutis, & matrimonium prout est quidam contractus in officio naturae. Neutrū rāmen sistorum erat sacramētū, ergo valebat per modum suffragii vel meriti. Hoc autē non poterat fides aliena, ut erat per se, quia frequenter erat informis, fides autem informis vnius non meretur aliquid alterius, nec de condigno, nec de congruo, sicut per fidem informam aliquis posset mereri similitudine de congruo, ergo oportebat quod fides illa mereretur partulo iustificationē ut erat fides ecclesiae quā semper est formata, quare &c.

<sup>4.26.9.3.</sup> <sup>Thom. 3.9.76  
2.4. ad. 2.</sup> Quartum patet sic, fides aliena non sufficit ad iustificationem nisi ut est fides ecclesiae, sed nullus gerit personam ecclesiae ut sit per fidem actum interiorem nisi comittitur actus exterior, ut patet etiam nunc. Sacerdos enim quicunque vtiens mentali oratione solum, nullo signo exteriori adhibito factus vel dictis non gerit vicem ministri ecclesiae. Vnde tales orationes sunt eius ut persona privata est, non ut publica, ergo oportebat quod fidei interiori adhiberetur aliquis motus exterior factus vel dictus. Probabile enim est quod parentes fideles pro parvulariis & maxime existentibus in periculo deo alias precessenderent, vel aliquam benedictionem adhiberent. Ex eodem patet quod adulti poterant iustificari per interiorum motum fidei sua absq; signo exteriori: quia fides propterea licet, informis meretur propriam iustificationē sine quocunq; exteriori, sicut scriptum allegat apostolus Ro. 4. Credidit Abraham Deo & reputatus est ei ad iustitiam. Ipsa tamen fides hominem insigebat ut se aliquibus signis quando tempus erat demonstraret, quando tamē illa signa adhibebatur, non erat ex eis efficacia remissionis, sed ex interiori fide, sicut de charitate dicimus cum exit in actu quando est tempus, & tamē meritum non est ex exteriori opere, sed ex charitate.

<sup>5</sup> AD primum arg. dicendum quod Greg. fuit huius opinionis, & non oportet eum in hoc tenere: vel dicendum quod Greg. non intendit excludere omne extrinsecum, sed solum illud quod habet rationem sacramenti vel sacrificii, vt patet ex consequentibus verbis.

10 Ad secundum dicendum quod signum exterius non adhibetur ratione sacramēti aut precepti, sed ut motus fidei esset non persona ut persona privata est, sed ut gerens vicem ecclesie, ut dictum est.

11 Ad arg. in oppositum potest responderi quod fides modorum est quae efficaciam sicut fides antiquiorum: quod autem praeter eam requiratur aliquid extrinsecum ad iustificationem non est propter eius in inefficaciam. Sed quia aliquid additum est a Deo quod necesse est obseruari, sicut obseruanta preceptorum in religioso est quae efficaciam sicut in seculari, & tamen in seculari sufficit ad salutem, in religioso autem non, quia ex verbo rationis aliquid additum est, quod necesse est obseruari ad salutem eorum.

QVÆSTIO NONA.

Vtrū legalia debuerint cessare in aduentu Christi.  
<sup>Thom. 1.2. q. 103. art. 4. & latius m. 2. cap. epist. ad Galat.</sup>

P Oste quaeritur, vtrū legalia debuerint cessare in aduentu Christi. Et videtur quod non, quia secundum Hugo de S. Victore lib. de Sap. sacramenta legalia fuerit decim, oblationes, & sacrificia, sed adhuc manent decisiones & oblationes, ergo sacramenta legalia non cessaverunt.

2 Item Christus non venit soluere legem, sed adipleret, vt dicitur Mat. 5. Sed hoc non esset nisi in noua legge manerent ea quae sunt ve. le. inter quae præcipua fuerunt sacramenta, ergo &c.

3 Item nos tenemur ad seruandum præcepta no. test. & statuta ecclesie. Sed præcepit apostolorū in no. test. fuit de quibusdā legalibus obseruādis Act. 15, vbi dicitur: Vtū est spiritu sancto & nobis ut abstineatis vos ab immolatis simulacris, & sanguine, & suffocato, & formicatione, ergo tenemur ad legalia obseruanda.

Quæstio IX.

<sup>293</sup> 4 IN CONTRARIUM arguitur, quia secundum Apoll. He. 7. Translatio enim sacerdotio necessaria est ut legis translatio fieri. Sed in aduentu Christi translatum est sacerdotium ve. le. quod fuit secundum ordinatioē Aaron, in sacerdotium Christi quod est secundum ordinem Melchisedech, ergo in aduentu Christi facta est translatio legis, sed lex potissimum consistit in sacramentis, ergo &c.

5 RESPONSO. In ve. le. fuerunt tria genera praecoptorū, scilicet moralia, iudicia & ceremonia. Moralia continebant æquitatem rationis naturalis. Et haec sunt præcepta decalogi quāuis in obseruāria sabbati esset aliquid ceremoniale. Et quia ratio & æquitas naturalis semper locū habet, ideo præcepta moralia pro omnī tempore, s. ante legem, & sub lege, & post legem debuerunt manere & debent. Iudicia vero fuerunt ad decidendum causas & lites inter homines. Et quia non omnib; eadem expedit, nec omnī tempore, ideo iudicia le. ve. quando mutata sunt etiam lege durante, & fortiori ratione mutata sunt lege cessante. Si tamen aliqua ex eis expedient regimini aliquis terrę vel populi in dō esset inconveniens vti eis, non quatenus essent ex ve. le. sed quia essent utilia pro regimine Reip. Ceremonia vero fuerunt instituta in ve. le. ad significandum aliquam quā futura erat in noua. Et inter hæc præcipua fuerunt sacrificia & sacramēta, de quibus solum procedit questio. Circa quā videnda sunt duo. Primum de causa cessationis sacramētorum ve. le. Secundum est de tempore cessationis.

6 De primo sciendum est quod causam cessationis sacramētorum legalium possumus ex tribus accipere que fuerunt in sacramētis ve. le. fuerunt enim quantum ad signum sacramētū obscurā, quod inerat eis ex eo quod erat signum furorū, sicut ait Apoll. Heb. 10. Vmbrām habens lex futurorum bonorū. Item fuerunt quantum ad efficaciam imperfectam, quia non conferebant gratiam, vel si conferebant, imperfēctā tamen. Vnde Apoll. Heb. 7. Nihil ad perfectū adducit lex. Fuerat etiam quantum ad obseruantia onerosa, vnde Act. 15, dicit Petrus: Quid teratis imponere iugū super ceruicē discipulorū, quod nec nos, nec patres nostri portare potuimus? Ecclorū tēpus gratia his contrariaur. Et enim tempus veritatis clārē exhibit, contra futurū obscurā significantiā, Ioan. 1. Veritas per Iesum Christum facta est. Item est tempus plenitudinis contra imperfectam efficaciam, Gal. 4. Vbi venit plenitudo tēporis, &c. Et etiam nihilominus tēpus mansuetudinis contra oneris obseruāriā, Mat. 11. Iugum meū suauē est, & onus meū leue. Ex his formari poterit talis ratio. Contraria non possunt esse simili, sed mutuo se expellunt, sed sacramēta ve. le. habuerunt contrarias conditiones ad tempus gratiae, ut declaratū est, ergo adueniente gracie tempore sacramēta ve. le. debuerunt cessare, ut sis veritas presentiā exhibita expelleret futurū significātiā obscurā. Vnde Aug. contra Faust. 19, dicit sic: Si ita sacramēta adhuc seruarentur nihil aliud esset nisi quod ille qui iam venit pronunciaret venturus, quod enim promūciatur futurū, aut tristitia pronūciatur, aut nondū venit. Item ut plenitudo euacuaret inefficaciam & benignitas onus excluderet, & sic patet primum.

7 Quantum ad secundū sciendum est quod de tempore cessationis legalium fuit inter Hiero. & Aug. diuersa sententia, volebat enim Hiero. quod statim post passionē Christi legalia suffiserunt mortifera illis quibus gratia non test. di uulgaria fuerat, hoc est quod sine peccato mortali non poterat obseruari: dicit tamen Apostolos quadam pia dispensatione his vīos fuisse ad vitandum scandalum Iudeorū. Et ideo Petrus iudaizans non peccauit dispensatiue illud facies cōcordas et quod dicitur. 1. Cor. 8. Omnibus omnia factus sum &c. Et similiter Paulus dispensatiue ipsum redarguit ne Gentiles quorū Paulus erat apostolus exēplo Petri illa sacramenta quasi necessaria quererent. Nam & Paulus inuenitur eadē pia funeratioē seruasse ut habeatur Act. 21. Et sic ictus excusat & Petrus à culpa, & Paulus à præcaci reprobatione.

8 Sed quia non videtur conueniens quod Apolloli contra veritatē doctrinā fecissent aliquid ad vitandum scandalū, ut ilius enim nasci scandalum permittitur quam veritas